

CVLANON
ASCEN-
DET SV-
PER CA-
PVT EIVS.
Pectinis
Tropologia

quid Nazaræo nostro desit. Sicigitur ille scribit Epist. 6. ad Girardum. Instrumentum etiã mitei candoris ad ordinandos capillos in idipsum charitatis signum transmisiisti. Quod cum mihi placeat in suo genere, quantum huiusmodi placere debent, propter exteriorem pulchritudinem: vehementius tamen placet propter pulchri Sacramenti interiorum celsitudinem. Nam cum in capillis inordinati mores, vel inordinati populi, quadam comparatione possint intelligi, credo prudentiam tuã munusculo hoc quasi quodam monitorio vigilantiam meam excitare, vt studeam inordinatos populorum mores diuersis exhortationis modis componere, atque habito discretionis moderamine ad debitum ordinem reuocare. Quid verò ipso instrumenti decore, quod longa lima, & longa politura ad hunc candorem perductum est, significare videris, nisi vt castigem corpus meum, & in seruitutem redigam, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus fiam. Hæc Iuo.

De votis, & num Anna potuerit filium voto suo obligare.

RELIQUA est non minima difficultas, an scilicet Annæ licuerit vouere pro filio. Voto Patres familiarũ, inquit Vlpianus, ff. de pollicitationibus l. 2. obligantur, puberes sui iuris. Filius autẽ familias, vel seruus sine patris dominive auctoritate voto non obligantur. In quã verba Gothofredus, quid in filia? patris consensu expectandus est. S. Ambrosius in c. mulier: Et S. Augustinus c. merito 32. quaest. 2. quid in vxore? mariti voluntas expectanda. S. August. ca. noluit. 33. quaest. 5. quid in viro continentia vouente? vxoris consensu indiget. S. Augustin. in Psal. 14. 6. 33. quaest. 5. c. si dicat, & sequentibus. An idem si vir iter Hierosolymam voueat? Negat Innocentius. c. ex militia 9. §. in tanta extra. de voto. Quid? num Episcopo, & clerico sine superiorum consensu vouere licet? Negat idem Innocentius in c. nunquam 7. vide ipsum etiam extra. de voto. Multominus Monacho sine consensu Abbatis id licebit, Concilio Agathensi in cap. Monachorum 20. quaest. 4. Hæc Gothofredus paucis multa complectens, cuius breuitate delectatus, nonnunquam etiam his, quã quærimus, annexa refero. Igitur Annæ nõ licuit inconsulto marito votum suscipere; id enim cum lege Dei pugnare videtur, inquit Vermilius: quia vt in l. Numeri cap. 30. habetur, Si filius inconsulto patre quidpiam voto nuncupauerit, irritum esse iubetur. Item si vxor clam marito aliquid vouerit, id postea marito licet, si velit, reuocare. Cur ergo Anna ita vouet? Respondedo, inquit, quod ad maritum attinet, confidebat pia mulier, cum ab ipso diligeretur, se posse illi persuadere, vt votum suũ ratum haberet. Nam præterea quod Elcana religioso animo erat, Leuita etiã fuit, & accedebat ipsius voti honestas, & re ipsa ita successit: quia cum puer esset natus, Elcana in Silo ascendit vt votum persolueret. Deinde id pollicetur quod in sua potestate situm erat, hoc est, vt filii ritu

Vlpianus. Quibus uouere licet.

Gothofredus.

Vermilius.

Quomodo Anna filium vouere licuerit Vermilius sententia.

A Nazaræofũ educaret. Postremò nihil à verbo Dei alienum uouet. Post votum autẽ ita nuncupatũ, eius erant partes admonere atque hortari filium, vt, cum ad ætatem adultam peruenisset, id vitro præstaret, quod ipsa eius nomine uouisset. Is autem, si postea nollet, quamuis iure voti non teneretur, attamen præcepto Dei vrgebatur, quo filij adiguntur vt parentibus obtemperent. Et sanè huiusmodi filius nisi hac in re pareret, se peccato non leui adstringeret, cum ei nihil mandaretur, quod cum verbo Dei pugnaret. Hactenus Vermilius. In cuius uerbis multa mihi reprehensione digna uisa sunt, quã summam perstringã, ne nimius uidear. Nam quod nihil illam uouere dicit, quod præstare nõ possit, cum possit illum Nazaræorum legibus instituire, falsum est. Non enim voti illius obligationem propriã uitę terminis circumscribit, sed omnibus, ait, diebus uitę illius. Secundo, quod item nihil uouere, quod esset à verbo Dei alienũ, hoc quoque illius cõmentum est: nam ex legis præscripto nullius Nazaræi cõsecratio usque ad illius obitum prorogabatur: sed expleto aliquanto tempore, sacris de more peractis, voto absoluebatur, ac pristinẽ libertati restituebatur. Præterea uerò nec quisquam ante unum mensem à natali die Domino consecrabatur, vt patet Leuit. c. 27. At iste autẽ dicatur à matre, quã vel conceptus sit. Postremò, quod ait filium, cum pubertatis annos exegisset, siue sui iuris factus esset, matris voto stare debuisset, alioquin in Dei offensam incursum, nõ quod matris voto obligaretur, sed præcepto Dei: grati, vt opinor, vel tanquam meliori ratione destitutus attextuit. Nam voti quidem sapius mētio fit: præcepti uerò nusquã. Ex quo sequitur, vt si qua obligatio futura esset, ex matris utique voto nasceretur. Nam si quod habuit huius rei imperium, voto utique suo filium deuinxit: si nullum habuit, ne imperare quidem potuit: si quidem imperare aliud non est, quã uoluntatis suę significationem uoce, nutu, vel signo aliquo dare ei, qui morẽ gerere teneatur. Obedire autẽ non tantũ est ea, quę uoce prolata sint, obire atque exequi, uerum etiã imperãtis uoluntati quocumque modo intellectæ obtemperare. Vnde si matris uotum filius resciscat, nec dubitet obligandi ius & potestatem penes eandem fuisse, vnã cum matre filius uoti reus habebitur.

Hinc ad alia properabam: uerũ enim uerò dum prospero uereor, ne causã nostrã desuisse uidear, si postremũ illud sine responsione omiserõ, quod ad uoti sanctitatẽ tanquã necessariã conditionẽ scripturæ testimoniũ requirit. Quia in re, vt opinor, Caluinũ imitatus est: qui institutionis suã lib. 4. c. 13. idem exigit. Docet nã, quod uotum sanctũ ac legitimũ haberi possit, tria quãdam sedulo obseruanda esse, quorũ primũ est; vt in eũ, cui uota nuncupamus, id est solum Deum, oculos coniciamus. Ille siquidẽ tantopere nostra obediẽtia delectatur, vt maledictũ illud omne obsequiũ, quod à uoluntate nostra proficiscitur, pronuntiet. Hic ego, Caluine, nõ sine causa, vt arbitror, tuã sinceritatẽ & fidẽ requiro. Neque enim, quod neminem fugit, tu ignorare potuisti hostias, & oblationes, & dona-

EVMD
MINO
OMNIBVS,
&c.

præcedentiã
confutatio.

Samuelem non magis præcepto matri quã uoto obligari potuisse.

Caluinus. Votã leges à Caluino scripta.

Caluini leges repro-